



0cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13



VITA
CHRISTI







BIBLIOTHÈQUE

DE L'ABBÉ

MELCHIOR JAMMES.

Handwritten text, possibly a title or header, in a cursive script, appearing as a single line of text.

Handwritten text, possibly a signature or date, appearing as a single line of text.


post vitam xii, Cyo tractatus
Guilielmi Parisiensis de
Sacramentis

Guillermus parisiensis
de septem sacramentis

Resp. f. XVI
11/3



De feyten facententia
admoitio p'antimio D



Doctissimi viri Guillermi parisiensis episcopi dyalogus de sacramentis cuiuslibet sacerdoti q̄utilissim⁹ Incipit feliciter.

Quoniam me sepius rogasti. Petre postq̄ sacerdotis sacrū ordinē suscepisti vt aliq̄ te de administratione sacramētoꝝ edocerem put cedūt in v̄lū parrochialiū sacerdotū. Quēro te sollicitū video | tue consentiā caritati. Primitus ppones q̄stiones ⁊ quēadmodū a meis antecessoribus et sacris doctoribus didici pro meo modulo cū dei adiutorio respōdebo. Breuib⁹ verbis vtar causas dicendorū modicas ponendo quas si scire cupias ad sacros canones recurras. seu doctorū sententias atq̄ scripta.

Petrus. Aliud non cupio. s; exemplari modo ac rudi. et put spectant ad vulgi doctrinā quero. Guil. In nomine dñi nostri iesu xpi ex quo omnia sacramenta virtutem obtinent pete.

Petrus. Quia sacramētū baptisml ianua est omnium alioꝝ sacramētoꝝ: et sine ipso salus testante dño non habet | ideo de ipso sermo noster primo oriat. Guil. Quē de baptisml loqueris. scias triplicem baptismlū fore. Est baptismlus fluminis id est spū s̄cti quo confitentes xpm ⁊ contriti in necessitatis articulo baptismlantur. Ali⁹ est baptisml⁹ sāguinis quo martyres p xpi fide moriētes baptismlant. S; terci⁹ est baptisml⁹ fluminis siue aque. quo fideles quotidie ⁊ pueri baptismlantur et regenerātur. Dic de quo istoꝝ vis proponere questionē.

Petrus. de baptismlō aque q̄ a sacerdotibus quotidie fidelibus est ministrandus. Guil. Petre de eo modica et vtilia.

Petrus. Quēro ex q̄b⁹ q̄stiuat baptismlatis sacramētū: quomō quando: quibus et a quibus debeat ministrari. Guil. Questio tua

De sacramentis.

quinq; particulas retinet. Et ideo ad unamquamque illarum
 potero respondebo. Primitus quæritur ex quibus constituatur
 baptismus. Respondeo quod ex rebus et verbis sicut
 et quodcumque aliud sacramentum. ¶ **Q.** Edifferere michi
 que sunt res et que sunt verba. **R.** Res dicitur elementum. ver-
 ba vero invocatio trinitatis. elementum enim est materia. et
 verba illa sunt forma sacramenti. ¶ **Q.** Declara michi
 quod est elementum illud quod est materia baptismi et postea
 que sunt verba que sunt forma eius. **R.** Quia baptismus
 est ablutio que habet in aqua fieri: ideo aqua est propria mate-
 ria huius sacramenti et non vinum: nec oleum: nec alius li-
 quorum unctuosus: sed sola aqua. ¶ **Q.** Bene dixisti quod
 aqua est materia sacramenti. Sed nunquam ex omni aqua po-
 test fieri baptismus. **R.** dico quod non sed ex sola aqua na-
 turali fit baptismus. Unde ex aqua rosea vel quacumque
 artificialiter facta non fit baptismus. Nec ex urina: cum
 talis aqua sit potius humor quam aqua naturalis. Ex bal-
 neo tamen lixivio vel aqua decoctionis carniū depu-
 rata et huiusmodi bene potest fieri baptismus: quia in
 eis natura aque non mutatur. Sicut ex pluvia et rore colle-
 cto fit baptismus. quia licet generentur ex vaporibus et
 humoribus terre tamen per virtutem nature que fortior est
 arte resolvuntur in veram aquam quod ars non potest facere.
 Et sic omnis aqua univ ersaliter naturalis est propria ma-
 teria sacramenti baptismi. ¶ **Q.** Quare magis ex a-
 qua quam alieno elemento fit baptismus. **R.** Requiritur in
 quarto sententiarum causas. Nichilominus aliquas tibi
 dicam. quia per aquam effectus baptismi designatur: sicut quod
 sicut aqua mundat sordees exterius: sic baptismus purifi-
 cat hominem virtualiter interioris. Sicut sicut aqua per
 frigiditatem mitigat calorem: sic baptismus concupiscentie
 comitem. Alia causa est propter similitudinem aque et eius ab-
 us

dicitur: ut propter defectum materie nullus possit a baptismo
 susceptio excusari. Alias causas regere in scriptis. **P.**
 Sufficit michi ad presens de materia baptismi. **R.** Nunc que
 sit eius forma michi dicas. **G.** Forma sacramenti ba-
 ptismi est hec. Ego baptizo te in nomine patris et filii et spi-
 ritus sancti. amen. **C. P.** Sunt ne omnia hec verba de essentia
 forme: ita quod si unum dimittatur baptismus non fiat. **G.**
 Verba que sunt de essentia forme sine quibus baptismus non
 fieret sunt hec Baptizo te in nomine patris et filii et spiritus sancti
 An hec dictio ego cum intelligat in hoc verbo ipse persone
 baptizo non est absolute de essentia forme. **S.** Iste hec dictio
 Amen non est de essentia forme absolute: sed de institutioe
 ecclesie. **A.** licet ponit propter expressionem ministri. **I.** ego
 Et quod amen est ad certitudinem effectus baptismi. **A.** cum
 non sint de essentia forme absolute: si quis ea dimitteret
 propter hoc non impediret baptismus quin fieret. **S.** Sed que
 hoc dimitteret scilicet peccaret mandatum ecclesie transgre-
 dendo. **P.** Numquid potest dici baptizo me: sicut dicitur ba-
 ptizo te. **G.** Non: quia sicut nullus potest seipsum generare sic nec
 baptizare. cum baptismus sit quedam generatio spiritualis.
I. Ideo dicitur baptizo te: sed non baptizo me. **C. P.** Num-
 quid potest bene dici baptizo in nominibus: sicut dici-
 tur in nomine. **G.** Non: quia virtus divina que ope-
 ratur in baptismo pertinet ad divinam essentiam que
 est una in tribus personis. **I.** Ideo ad denotandum uni-
 tatem essentie dicitur in nomine et non in nominibus.
C. P. Numquid potest baptizari in nomine genitoris
 geniti et flaminis: sicut in nomine patris et filii et spi-
 ritus sancti. cum idem significant. **G.** Non quia solum
 ex illis verbis sit baptismus que significant proprie-
 tates relativas personarum. hec autem significant pa-
 trer et filius et spiritus sanctus. Genitor autem et genitus

De Sacramento.

et flamen non significant proprietates relativas personarum diuinarum: sed dicuntur actus notionales ipsarum personarum: et significant magis ipsos actus quam ipsas personas. Et ideo solum in nomine patris et filii et spiritus sancti fit baptismus: et non ex aliis verbis. **¶** Nunquid fit baptismus sic dicendo. Baptiso te. In nomine patris et filii et spiritus sancti sicut dicunt laici. **¶** Guil. Attende quod variatur forma baptismi quinque modis. Uno modo variando: et huius dupliciter vel circa significationem verborum sicut dictum est in nomine genitorum et cetera. Et sic non fit baptismus. Alio modo circa voces solum manente eadem significatione et modo significandi: et sic diuersis linguis fit baptismus sicut latino greco et gallico sermone. et sic talis variatio non obest. Similiter variando circa voces manente eadem significatione et hoc in mera simplicitate sicut laici faciunt qui nesciunt verba latina proferre vel formare et in nomine patris et cetera vel ponendo nominatiuum vel datiuum pro genitiuo non impeditur baptismus. Secus enim esset si intelligens hoc faceret ex intentione et nouum ritum vellet facere et inducere quod et peccaret et baptismum impediret. Secundo mutatur forma corrumpendo vel diminuendo: scilicet subtrahendo aliquid quod fit de essentia forme: ut si dimittat li baptiso vel li te. vel aliquod trium nominum personarum. Et sic non fit baptismus. Verumtamen si necessitate mortis imminente vna persona solum noceat. Et puer decedat antequam alie persone nominentur: ut sic dicendo. Baptiso te in nomine patris: et tunc puer decederet antequam diceretur et filii et spiritus sancti. Pie credendum est quod cum sacerdos scilicet deus supplet defectum. Si tamen puer supuieret ratione dubii sub conditione puer baptisandus esset. Et quod ecclesia in baptisando tres personas exprimit et non solum unam.

Si vero subtrahat. vel diminuat aliqd qd nō est ab-
 solute de essentia forme: sed solū de institutiōe ecclie: si
 rut li. ego li. amē. Nō impediret baptism⁹ peccaret tñ
 q̄ hoc sciēter faceret Tercio impedit baptism⁹ addēdo
 scz qñ additio corripit sensum: ⁊ est cōtra reuerēciam
 psonay vt si dicatur. Baptiso te in noīe p̄is maioris
 et filii minoris: qz persone coequales sūt. Si vero ad-
 ditio nō corripit sensum nec sit cōtra reuerētiā perso-
 nay baptismum non impedit: siue fiat a parte ante vt
 dicēdo. Baptiso te in noīe p̄is oīpotentis ⁊ filii vni-
 geniti: ⁊ spūs sancti paracliti. Siue etiā a parte post: vt
 dicēdo. Baptiso te in noīe p̄is ⁊ filii ⁊ spūs sancti: et
 btē marie virgis ⁊ hmōi: nō impedit baptismus. Et hoc
 tñ intelligitur qñ ille q̄ hoc addit nō intēdit facere no-
 uum ritū: nec hoc faciat ex malicia: scz ex mera simpli-
 citate Si r q nō credat et itēdat q baptism⁹ efficaciam
 habeat ex btē marie iuocatione vel bti nicolai: sed ex
 sola iuocatione trinitatis: sed solū credat q oīo btē ma-
 rie xginis v̄l nicholai p̄lit baptisato ad sui baptismi
 cōseruationem Quarto impedit baptism⁹ trāspōnēdo
 scz l̄as vel sillabas q̄bus sensus corripit. Si vero
 trāspōnat dictiōes sicut li. baptiso post te nō impeditur
 baptism⁹ licet peccet hoc faciēs. Quinto corripit ba-
 ptism⁹ intēpolando. qñ fit tāta itēpolatio v̄boꝝ ⁊ ope-
 rū q corripit intētiō ⁊ act⁹ baptismi siue baptisantis
 v̄l intermiscendo aliqd iptinēs ad sacramētū vt dicē-
 do: baptiso te i noīe p̄is: ⁊ tūc aliud opetur p magnuz
 tempus vel aliquid dicat i medio. vt baptiso te i noīe
 p̄is vade fac igne ⁊ hmōi. Talis discontinuatio ma-
 gna corripit baptismū. Si vero p̄pt necessitatē fiat
 modica interpolatio. sicut screando vel sternutādo nō
 corripit baptismus. Igit̄ ex omibz p̄missis collige q

forma baptismi est hec . Ego baptiso te in nomine patris

et filii et spiritus sancti . Amen .

Questio. Sufficit michi de prima parte huiusmodi meae
 Hunc michi de secunda particula respondeas scilicet . Quomodo fiat
 baptismus ? **C**onsequenter . Quod de ritu et modo baptizandi quod . Dico
 quod dupliciter datur baptismus secundum usum diversarum ecclesiarum
 Quod datur per immersionem : ita quod totus puer immergitur in
 aqua . Quod etiam datur per aspersionem : quoniam puer aspergitur et
 super eum aqua infunditur . **C**onsequenter . Primum quod hec immersio et asper-
 sio semel fieret aut pluries . **C**onsequenter . Secundum ritum diversarum
 ecclesiarum quoniam fuit terna immersio vel aspergio : quoniam unica
 Et in his consuetudo ecclesiarum est servanda . **P**rimo . In locis
 ubi consuevit ecclesia ternam immersionem facere si solum unica
 fieret nunquam esset puer baptizatus . **C**onsequenter . Sic . scilicet faciens pec-
 caret mandatum ecclesie et consuetudinem non faciens : scilicet trans-
 grediens nisi simplicitas eum excusaret . **P**rimo . Que pars
 corporis debet immergi vel aspergi . **C**onsequenter . Caput : quoniam in eo omnes sen-
 sus vigent : et in eo est principium vite animalis . **P**rimo . Et si ca-
 put haberi non possit nunquam potest alia pars quam haberi potest
 aspergi : ut patet in pueris extrinsecus in ventre matris : quorum sola
 manus apparet et de pietate timeat . **C**onsequenter . In tali casu
 debet aspergi pars quam apparet et pie credendum est quod deus supplet
 defectum . Si tamen postmodum videri habeat debet totus immergi vel
 saltem caput aspergi sub conditione sic dicendo . Puer non im-
 tendo te baptizare . sed si baptizatus non fueris : ego bap-
 tiso te in nomine patris et filii et spiritus sancti et hoc securus : quoniam aliter
 non intelligitur baptismus perfici . Igitur baptismus per immersionem
 vel aspersionem unicam vel ternam habet fieri sicut ecclesia in
Questio. De tertia parte mee (qua hinc consuevit .
 Questio michi respondeas . scilicet quoniam datur est baptismus
 scilicet statim vel differendus . **C**onsequenter . In adultis non est statim datur
 sed potest per aliquod tempus differendus : quoniam probandi sunt si ex

fide accedunt. Ne resiliant a pposito: & cōtumeliā faciāt sacramēto. Pueris vero ppter periculū mortis est statū dādū nec ē differēdū qz nō pōt eis alit subueniri.

Petrus. Nusus vero dādus an oibz indifferēter pueris sit ministrādus edicito. **C. G.** Pueris gentiliū et iudeorū nō est iuitis parētibz: aut eis nesciētibus baptism⁹ ministrandus maxie tpe quo carent vsu ratiōis. Quā scdm ius naturale ī tali tpe sint sub parētum cura et tutela q̄ possēt eos iducere ad reliquēdus qd̄ ignorātes susceperūt qd̄ verteret in fidei detrimētum. **Uñ** beūs augustin⁹ dicit q̄ nō est bonū faciendū vt̄ ide pueniat malū. **P.** Quid de infātibz q̄s meretrix relinquit in foribus ecclīaz & in huius: de q̄bz dubitat an fuerint baptisati. **C. Guil.** De hmoi infātibz et pueris quos statim natos comperitur et nescitur an fuerint baptisati. Cōsultitur vt̄ sub conditione baptisentur. Sub hac forma. Puer si fueris baptisatus te rebaptisare non intendo: sed si nō fueris baptisatus ego baptiso te in noīe patris et filii et spūs sancti amen. Quia in tali casu nō dicimus baptismum iterari: quia nō dicim⁹ iteratū qd̄ nescit esse factū. **C. De.** Et quid de his pueris est faciendum quos obstetrices ad tēplum deferūt: et eos in necessitate ab eis asserunt baptisatos. **C. Guil.** Eodē modo sicut in predictis facias et eos sub conditione baptises nec in mulierū verbis assentes: qz cū ignare sint creditur semp̄ eas verba baptismi corrupte protulisse aut immersionez seu asperisionem modo indebito fecisse. Et ideo pueros sic sub conditione baptisatos non est rebaptisare: sed potius sue salutē succurrere.

Petrus. De vltima parte mee q̄stionis michi respōdeas. s. a q̄bus baptism⁹ debeat seu possit ministrari. **C.**

De sacramento.

Nulli bet naturā humanā habenti congruit hoc sacra-
mentū ministrare qz sicut aqua est elemētum quo ba-
ptismi sacramentū efficit ppter eius cōitatē vt null⁹
posset propter defectū materie a nō suscipiēdo baptis-
mum excusari. Sic oīs hō siue masculus siue femina
potest baptismum ministrare in necessitate vt nullus
etiam posset ppter defectū ministri excusari. ¶ **P.** Si
oīs hō est minister huius sacramenti qre sacerdotibus
ad baptisandū pueri deferuntur. ¶ **G.** Sacramēto-
rum sacerdos minister est pncipalis ideo pns et pnci-
paliter ad ipsū ptinet huius sacramēti ministratio qz
cessate necessitate hoc sacramētum cū solēnitāte fieri
debet scz sub benedictione aque et hmōi licet non sint
De essentia sacramēti: sūt tñ de honestate & cōgruitate
Et qz hec ad sacerdotē ptinēt ideo primo nisi necessi-
tas occurrat debēt ad baptisadum ad sacerdotē defer-
ri et a sacerdote baptisari. Sed necessitate vrgente et
sacerdote absente pnt pueri a clericis baptisari et si
clerici non fuerint pnt a laicis et prius a viris & si vi-
ri sint absentes mulieres pnt pueros in tali necessi-
tate baptisare. Et ideo laici tam viri q̄ mulieres sunt
a sacerdotibus ad baptisaduz pueros istruēdi. ¶ **P.**
Done q̄ matre pariente nullus fuerit pns nisi pater.
Punq̄d pater pōt in tali necessitate suū pprium filiū
baptisare et ius petendi debitum mēimonii ab vxore
nō perdat. ¶ **G.** in tāta necessitate vbi p̄ aliū q̄ per pa-
trem vel matrē puero nō pōt subueniri licitū est parē-
tibus suos proprios filios baptisare. Nec propter hoc
a iure debiti mēimonii sūt priuati. Aliud tñ eēt et est
si temerarie alter eoz suū propriū filiū baptisaret vel
ambo: qz si q̄s hoc faceret iure debiti mēimonii p̄uaret
Etiam ambo si vterq̄ eoz hoc temerarie faceret & pro

p̄tū s̄c̄l̄iū baptisaret vñ et alius eū susciperet. ¶ **P.**
 Nunq̄d p̄t̄ duo hoīes vñ p̄uerū baptisare: quozum
 vnus verba p̄ferat ⁊ alter īmergat vel aspergat. verbū
 gr̄a Duo sūt quozū vnus mācus qz man⁹ nō hz ⁊ loqui
 p̄t. et alter mutus qui loqui nō p̄t et man⁹ hz in ne-
 cessitate nūq̄d p̄t mācus puero sibi p̄sentato verba
 p̄ferre et mutus īmergere vel aspergere: et eozū ope
 baptisatus sit puer. ¶ **G.** Dico q̄ non. qz oportet in ba-
 ptismo q̄ simul concurrant in actione baptisandi ex
 eodē verba p̄olata cū operatione elem̄ti. Aliter falsa
 esset ōo q̄ virtutē baptismi exprimit. vt dicendo ba-
 ptiso te. Oportet q̄ ille q̄ immergit seu baptisat loqua-
 tur: et q̄ verbū eius accedat ad elementū. Aliter esset
 falsa ōo eius. Unde si mancus qui īmergere non p̄t
 dicat baptiso te mentitur. quia nō īmergit sed potius
 mutus. et ideo non baptisat inde necessarium est q̄ ex
 eodē p̄feratur verba simul cū aque immersione vel as-
 per̄sione. ¶ **P.** Quia dixisti q̄ oīs homo potest baptismū
 ministrare. Quero an heretici / scismatici / pagani iu-
 dei / infideles / possunt ministrare sacramentū baptil-
 mi: ¶ **G.** Dico q̄ sic. dū tñ habe. ⁊ intentionē vniuersa-
 lem faciendi quod facit ecclia a. solute. Nec obest ba-
 ptismū suscipiētibus ignoranter ab eis. ¶ **P.** Ad qd
 prodest baptismus fictis accedētibus adultis. ¶ **G.** Si
 fictus aliquis accedat ad baptismum sicut sepe vide-
 mus iudeos non intēdens ibi aliqd recipere nisi soluz
 id quod facit ecclia. Sacramētū. i. ablutionē recipit ⁊
 caracterē. sed rem sacramēti. i. gr̄am sp̄s̄cti non reci-
 pit sed recedente fictione non p̄pter hoc est rebaptisan-
 dus cū baptismus reiterari nō possit. sed confiteri de-
 bet de fictione. et tunc suscipit gr̄am sp̄s̄cti et virtu-
 tem obtinet sacramenti. ¶ **P.** Ad qd prodest illa gratis

De sacramēto.

Quod in baptismo cōfertur. **G.** Hoīem a pena et culpa totaliter absoluit: et eorum que ante baptismū gesserat. **T**amen qz in paruulis solū est originale pctm̄ et non actuale. cū vsū rationis careant ipsos a pctō originali purgat. et a pena absoluit q̄ pro eo debet. **A**dultivero qz nō solū contra hūc pctm̄ originale sed etiā actuale eos ab vtroq; absoluit ⁊ a pena q̄ pro vtriusq; debetur.

Petrus. Nunq̄d est necessariū q̄ aliq; ad leuandū puerū accedāt semp. Nunq̄d pōt idē puerū tenere et ipm̄ baptizare. **G.** Iustum est vt aliqui ad suscipiendū puerū de sacro fonte accedāt et patrinī dicunt. **Q**uia sicut baptizās est sicut pater spūalis: ita suscipiēs est quasi mater vel nutrix spūalis. **I**deo sicut in gñatione naturali requirit̄ pater et mater: ita in spiritali gñatione. **U**nde sicut mē fungit̄ ad puerū officio nutricis. sic suscipiēs puerū officio nutricis spūalis et nutrire spūaliter tenet̄ et ipm̄ erudire. **I**n summa tñ necessitate vbi plures haberi non possent posset ille idē qui imergit puerū vel aspergit in baptismo suscipere: et vtroq; officio fungit̄. **C. P.** Et quot ad suscipiendū puerū de sacro fonte sufficiūt. **G.** Unus solus sed qñq; duo ad designandū vnitatē deitatis et humanitatis in x̄po: et qñq; tres ad plus admittūtur ppter triam personarū representatiōē. **N**ec plures q̄ tres recipias: qz multa cognoui m̄rimonia ppter huiusmodi cognationis spūalis multiplicatiōē impediri. sicut declarabo cū de m̄rimonio dicā. **P.** Ergo ⁊ sanguinei possunt plures interesse. **G.** Dēs cōsanguinei i gradu attinentie pueri baptizati et eius parentū pro vnica p̄sona reputantur. **E**t iō qñ dicitur q̄ solū tres p̄sone recipiant̄ ad leuandū puerū intelligit̄ de illis q̄ nichil attinet̄ puero nec eius parētibus et inter quos posset

mē/mōnīū copulari. ¶ Quot annorum debēt esse
 puerū de sacro fonte suscipientes. G. Adulte etatis et
 tot annorū q̄ suorū p̄t esse mēores factorū. Et ideo
 pueros nō admittas ad leuādū pueros: qz suos filios
 docere nesciēs. Et etiā ppter eorū labilē memoriā p̄t
 imemores facti sunt: p̄t ducere filias suas in uxores.
 ¶ Si sacerdos ex imprudētia baptizat masculinum
 puerū quē feminā credit esse: nūq̄d est puer rebaptisā
 dus. G. Non qz baptismus nullū p̄ziū sexū sibi ap=
 propriat: sed naturā humanā. Unde p̄ima intentio
 ecclie et ministri est puerū et hoīem baptizare et per ac=
 tidens virū vel feminā. Ideo si masculū baptizaret
 quem credit feminā. vel feminā quā credit masculinum
 non est rebaptizandus puer sed nomen appropiandū
 est q̄d suo sexui congruit. vt si femina fuerit et nomen
 ei impositū fuerit in baptismo iohēs iohāna vocet Et
 si nō fuerit nomē p̄ziū sexui vocetur scōm nomē vni⁹
 de patris vel scōz cōsiliū epi. ¶ Quid si mulier
 mortua fuerit et puer creditur viuere agēdū est. G. Si
 constiterit eā esse mortuā statī aperiatur. et puer extra
 hatur ab ea. et si viuus reperiatur baptizetur. ¶ Et
 si puer reperiatur mortu⁹ nūq̄d est cū mēe sepeliēdus. G.
 De hoc sunt diuerse opiniones. quidā dicunt qz sepe=
 liendus est cum matre licet nō fuerit baptizatus quia
 portio matris est. Et huic opinionī videtur cōfētire
 gausfridus in summa sua. Alii dicunt q̄bus magis con=
 sentio qz non est cū matre in cimiterio sepeliendus. qz
 postq̄ formatus perfecte reperitur dubiū non est in eo
 aiā p̄fuisse distinctā ab aiā matris etiā corpus ei⁹
 licet ei cōiūctū fuerit et ab ea sūpsit alimentū Et ideo
 idē est iudiciū de eo sicut de pagano. Et he due opi=
 niones tanguntur in decretis. de cōsecratiōe di. i. sup

De sacramento.

illud ecclia in qua mortuorum. 7 c. **P.** Multa sunt que
 precedunt baptismum et que sequuntur: que sunt illa michi doce
 as. **G.** Oia tibi declarare longum esset tamen teneas illud quod
 eorum quodam dicuntur cathecismus et exorcismus. Exorcismus
 est illa adiuratio que fieri habet ante baptismum ministrat et
 ibi sunt plura scilicet primum in fronte signatio ad expellen
 dum virtutem demonis. Secundum est benedictio cum manus imposi
 tione. ad precludendum viam diabolo expulso ne redeat
 Tertium est aurium sputo linitio. propter fidei receptionem
 Quartum est narium sputo linitio propter fidei approba
 tionem. Quintum est salis in ore appositio propter fidei do
 ctrine confessionem. Sextum olei sancti ante et retro linitio
 propter aptitudinem eius contra demonem ad pugnam Septi
 mum est aqua benedicta contra dyabolicas impugnaciones
 exteriores. Et hec septem ad exorcismum pertinent. Ad ca
 thecismum vero pertinet fidei instructio de qua debet instrui
 ad baptismum venientes et idem dicitur paruulis. Credis in
 deum. 7 c. 7 patrum respondet credo. scilicet opera daturus ut
 credat. Adultus vero debet pro seipso respondere Ergo hec
 duo. scilicet cathecismus et exorcismus precedere debent baptismum
 Illa vero que sequuntur baptismum tria sunt quorum primum est
 crismatis unctio in vertice que significat descensum spiritus sancti
 Secundum est alabastris que designat innocentie puritatem.
 Tertium est candelam que in manu ponitur que designat lumen
 cognitionis quod debet habere baptizatus in bonis sectandis et
 malis evitandis. **P.** Convenit hec omnia operari in puero iam
 in necessitate a laicis baptizato seu ab aliis. **G.** Non
 convenit quod ut iam dixi exorcismus ordinatur ad inimici ex
 pulsionem et cathecismus ad fidei instructionem Per baptil
 mum autem et diabolus eicitur et patrum in fide firmi sunt et
 iam pro eo sponderunt. idem non oportet illa iterari sed solum
 illa que sequuntur baptismum presbiter operetur. scilicet linitione

celismatis & c. **C**. Quis eorum videt precedere exorcismus aut cathecismus. **G**. In adultis scilicet dicitur precedere cathecismus quam exorcismus quia in fide prius debet informati. In paruulis vero quia nondum habent usum rationis secundum usum ecclesie precedit exorcismus ad expellendum diaboli uoluntatem ne uite eorum insidietur ne recipient sacramentum. Sufficit autem priorum eorum fidelium pro eis fidei confessio. Hec tibi petre de sacramento baptismi dixi rogo te ut ad presens tibi sufficiat.

Petrus. De aliis sacramentis me doceas. Et maxime de eis que characterem imprimunt quemadmodum et baptismus. **G**. Tres sunt sacramenta que imprimunt characterem. et ideo non sunt iterabilia scilicet baptismus confirmatio et ordo. de baptismo tibi dixi. de aliis duobus ad te non pertinet: sed solis episcopis est eorum administratio conferenda. **C**. Aliquidulum de his dicitur. **G**. Petrus de confirmatione que sequi debet baptismum. **C**. Dic mihi que forma et que materia sacramenti confirmationis et que debent confirmari vel quebus et quo loco confirmatio conferatur. **G**. Materia huius sacramenti est oleum oliuarum et balsamum simul mixtum et uocatur crisma: quod a solis episcopis consecratur et anno quilibet renouatur et uetus dicitur igne concremari. Forma autem huius sacramenti. scilicet confirmatio est talis. Consigno te signo crucis. Et confirmo te crismate salutis. In nomine patris et filii et spiritus sancti amen. Solis autem episcopis pertinet hoc sacramentum ministrare. Quod sunt in gradu altiori et ad eos pertinet ascribere fideles ad pugnam spiritalem ad quam eliguntur confirmati. Si autem ad reges et duces pertinet ascribere milites ad pugnam temporalem papa tamen de plenitudine potestatis potest committere sacerdoti: quod sacramentum confirmationis et minores ordines conferat. Ad omnes autem utriusque sexus per

De sacramento.

et met hoc sacramētum suscipere q̄ vsū ratiōis habent.
Qz ad statum militie spūalis oēs xp̄iani debēt admittī.
 et nomē xp̄i confidenter et audacter confiteri. Unde
 periculosum est hoībz ad sacramētū nō cōfiderē. Ideo
 ne eoz ignozātia sit crassa q̄ p̄tēptū gnare videatur.
 Bonum est cōsiliū vt mōneātur sepius ab hmōi sacra
 mēti susceptionē. Et ad q̄rēdum ep̄m vt illū suscipiāt
 Debet autē ille q̄ hoc sacramētū suscipit esse ieiun⁹ et
 cōfessus. In fronte vero hoc sacramētū cōfertur: eo q̄
 est locus euidentior vt cōfirmat⁹ plenarie et plena frōte
 confiteatur nomē xp̄i: et se esse xp̄ianū. Et nō verecū
 det cōfiteri nomē xp̄i: qz in illo sacramento spū sāctus
 datur ad robur. Debet autē ille qui confirmat teneri
 ab alio q̄n ab ep̄o iūgitur. Et specialiter a cōfirmato
 nec refert siue a viro siue a muliere teneatur. Dū tñ
 fuerit tenēs confirmatus. Et hoc est vt instruat ad pu
 gnā spūalem et p̄fessionē fidei ab eo a quo tenetur. De
 bet etiam ille q̄ confirmat per tridū ferre ligaturam
 qua frons eius ligat p̄pter crismatis p̄firmationem et
 triduanē dñice sepulture significationem. Et i tertia
 die ad sacerdotē accedere debet: et sacerdos eum sale et
 aqua frontem confirmati abluere in piscina siue in lo
 to sacro et secreto ligaturam cōburere: et cineres in ter
 ram cimiterii operiri. Nichil amplius tibi dicā de cō
 firmationis sacramento.

Petrus. Nunc de sacramento ordinis aliqua mi
 hi dicas. **C. C.** Curiosus es: sufficient tibi sa
 cramenta de quibus indiges erga plebem. **C. P.** Ali
 qua parua a te de illos audire cupio: qz forte michi p̄
 derunt prout spero. **C. Guil. Pete.** **C. Pe.** Quero a
 te quid sit sacramentum ordinis et si materiam et for
 mam habeat: et quot sūt sacri ordines. **G.** Sacramētū

Ordinis est quoddam signaculum ecclesie quo spiritualis potestas traditur ordinato. quia suscipiens consecratur. Illa vero que porriguntur eis qui ordinantur sunt materia sacramenti ordinis sicut calix cum vino patena cum pane sacerdoti. Unde ista res que pertinet ad ordinem qui suscipitur et datur in illo ordine materia est illius sacramenti ordinis quod suscipitur sicut subdiacono vacuum calix. Accolito traditio cerei et candelabri. exorcisme liber exorcismorum. lectori liber prophetarum hostiario clavis. Forma vero huius sacramenti est sermo episcopi et verbum quod episcopus dicit in illa porrectione illarum rerum dirigens ad eos qui ordinantur. Et utitur episcopus in illa forma verbo imperativo dicendo. accipite vel agite hoc vel illud. Unde ista porrectio rerum et verbum episcopi ad illos qui ordinantur sunt de essentia sacramenti ordinis. Sunt autem septem ordines qui ordinantur omnes ad sacramentum eucharistie. Quorum quattuor primi ordinantur ad disponendum eos qui ad eucharistiam accedunt dignos suscipientes et indignos repellentes: quorum primus dicitur exorcista qui preteritatem demonis repellit ab energuminis. Secundus de hostiarius qui expellit indignos a portione fidelium et introducit dignos. Tercius est lector qui per sacramentum scripturam intellectum illuminat fidelium. Quartus est acolitus qui deferendo cereos devotionem excitat fidelium. Et isti quattuor ordines dicuntur non sacri. Non quod scititate careant: sed quia non ordinantur ad rem sacramentalem sicut alii tres. Nec istis quattuor est continentia anera. Tres autem alii ordines sacri dicuntur quia referuntur ad sacramentum eucharistie et consecrationem. Quorum primus de subdiacono: qui vasa deifici corporis et sanguinis porrectat ideo subdiaconi accipiunt calicem de manu episcopi: sed vacuum. Unde subdiaconus disponit materiam

De sacramento

eucharistie. Secundus autem est dyaconus qui in officibus dispensat sacerdoti et ministrat. Tercius ordo est presbyteratus qui eucharistiam consecrat. Et sic isti tres ordines ad eucharistiam directe referuntur: quia subdiaconus materiam ordinat, et offert dyacono: et dyaconus presbytero. ¶ **P.** Quomodo potest ordo esse unum sacramentum cum sint septem ordines. ¶ **R.** Sacramentum ordinis dicitur unum unitate perfectionis siue finis sicut domus dicitur una ad quam edificandam multa concurrunt sicut omnes ordines ad unum ultimum actum qui dicitur eucharistia. Tamen non dicitur unum unitate indivisibilitatis vel continuationis cum unus ordo possit esse sine alio. ¶ **P.** Petrus. Nunquid in quolibet istorum septem ordinum imprimitur character. ¶ **R.** Guil. In singulis ordinibus: etiam singuli characteres imprimuntur et distinguuntur inter se sicut ordines distinguuntur et ad ultimum characterem seque presbyteratus ununtur. Et imprimitur character in quolibet ordine in traditione instrumenti apti ad illum ordinem cum reperitur cum debita forma verborum que ab episcopo profertur.

Sicut in traditione clauis ecclesie character hostiarum imprimitur. Character vero lectoris in traditione libri prophetarum. Character exorciste in traditione libri exorcismorum. Et character accoliti in traditione candelabri vel vaseoli: scilicet vasis in quo vinum et aqua ponitur propter consecrationem et illud ministrat subdiacono qui ibidem vinum ponit. Character vero subdiaconi imprimitur in calicis vacui consecrati traditione cum forma debita verborum episcopi. Et in his quinque ordinibus in traditione predictarum rerum cum debitis formis verborum episcopi characteres imprimuntur. De duobus autem ordinibus seque diaconatus

et presbiteratu quidam dixerunt quod characteres imprimuntur
 in manuum appositione sed non placet aliis eo quod character
 imprimatur in traditione alicuius rei competētis ad illud sacramentum ut dictum est. Unde licet per
 manus impositionem detur plenitudo gratie ad admī-
 nistrationem sacramentorum sicut sacerdoti tanquam prin-
 cipali et diacono tanquam ministro. Tamen character im-
 primitur in traditione rerum ad eos pertinentium.
 Unde quis principalis actus dyaconi sit portare cor-
 pus christi cum patena et sanguinem dispensare cum ca-
 lice. Tamen in sua ordinatione non potest exprimi per
 traditionem vasorum tantum cum hec debetur subdia-
 cono nec per traditionem materie corporis et sanguis
 christi: quia non est decus quod eis tradatur sanguis
 in calice et corpus christi in patena. Cum sacerdoti quod
 est principalis solum detur panis in patena et vinum
 in calice et non corpus et sanguis. Ideo quantum ad actum
 secundarium qui est legere euangelium dicitur character
 imprimi in traditione libri euangeliorum cum debita
 forma verborum episcopi. Similiter dicitur in ordine sacer-
 dotali character imprimi in traditione panis in patenam
 et vini in calicem cum debita forma verborum episcopi. Quod prin-
 cipalis potestas sacerdotis est consecrare corpus christi verum
 et sanguinem. Et hanc potestatem dedit prius christus
 ante passionem suam discipulis suis cum dixit. Hoc fa-
 cite in meam commemorationem. Sed secundus actus sa-
 cerdotis est soluere et ligare fideles et disponere ad eu-
 charistie sumptionem. Cuius potestatem accepit per ma-
 nus episcopi impositionem cum episcopus dicit. Accipite spiritum san-
 ctum: et quorum remiseritis peccata, etc. et hec pertinet
 ad corpus christi mysticum. Et quia sacramentum ordinis
 respicit prius corpus christi verum quam mysticum. Ideo

De sacramento

dicitur character imprimi in rerum traditione cum forma verborum
 epi ex quibus sacramentum eucharistie conficitur: scilicet in pa-
 ne et patena et vino et calice. Sicut in unctione manus
 sacerdotis non imprimitur character: sed solum fit unctio
 manibus sacerdotum ut eis tangant corpus christi. Sicut
 calix iungitur ut contineat sanguinem et patena ut retineat
 corpus christi. Similiter scias quod ex vestimentis character
 non imprimitur sed solum ex eis significatur idoneitas que in
 sacerdote et ministris ecclesie debet esse. ¶ Quia de
 vestibus sacris mentionem fecisti: dic michi quid signifi-
 cant et ad quod ministris ecclesie sunt confesse. ¶ Ornatus
 vestimentorum exteriorum significatur ornatum interiorum morum
 que habere debent quae a diuina tractanda accedunt. Que-
 dam autem vestes requiruntur in superioribus ministris quae
 non requiruntur in inferioribus et quedam sunt communes omnibus
 et sunt tres vestes: scilicet alba camisia totum corpus coope-
 riens que significatur puritas vite et amictus humeros
 tegens quo significatur fortitudo bonorum operum maxime
 ad diuina officia exequenda. Et cingulum quod signifi-
 cat reprehensionem carnis. Subdiaconus autem ultra haec
 habet duo scilicet manipulum quasi sudarium ad tergendum
 limpiditatem oculorum id est omnem negligentiam circa di-
 uina misteria eo quod primo ad sacra tractanda subdiaconus
 admittitur habet etiam tunicam strictam per quam doctrina
 apostolica in legendo apostoli textum significatur. Diaconus
 vero super hoc stolam a sinistro humero in dextrum tendentem
 ad significandum fortitudinem et tolerantiam aduersus
 hostem. habet etiam dalmaticam largam ad significandum lar-
 gitatem in dispensatione sacramentorum. Quia diaconus
 primo dispensator sacramentorum ponitur: quia sanguinem
 christi dispensat. In dispensatione vero requiritur
 largitas. Sacerdotibus vero in utroque humero pos-

nitur stola vt ostendatur q̄ plena potestas dispēlandi sacramēta sibi datur. vel p̄ hoc significant arma iusticie a dextris et a sinistris in successione aduersorū et p̄ sperorū et ideo stola descēdit vsq̄ ad inferiora.

Super his additur calula rotūda ad significādū caritatē que est superna oīm virtutū: quia sacerdos cōsecrat sacramentū caritatis: sc̄z eucharistiā. in epis plura super adduntur. sc̄. calige ad designādū rectitudinē gressuū. i. affectionum. Sandalia: ad designādū cōtemptū terrenorū. Subcinctoriū quo stola ligatur cū alba: significat amorē honestatis. Tunica altaris perseuerantiā in aggressionem arduorū in bonis operibus. Dalmatica: significat largitatē in operibus miē respectu indigentū. Anulus significat desponsationē ecclie. Per cirotecas significatur cautela in opere. Per mitrā significatur scientia et doctrina vtriusq̄ testamētī. sc̄z noui et veteris vnde et duo cornua habet. Baculus curam pastozalem designat: quia debet colligere vagos et hoc significat curuitas baculi sustentare debiles et infirmos et hoc significat stipes baculi. et debet pūgere lentos et hoc significat stimulus in pede baculi. vnde d̄sus: Calige sustenta stimulus vaga moribida lenta. sed vltterius archiepiscopi habent palium in signū priuilegiatē potestatis: quia archiepiscopus princeps est episcopozū subditoz. Vnde palium significat torquē aureā quā solebant legitime certates accipere. Ecce significationē vestīū audisti.

C P. Pūquid corona est ordo. G. Non sed est signū distinctiuum ministroz ecclesie a plebe communi.

Similiter per tōsuram clericalem deputatur quis ad cultum diuinum non ad sacra tractanda: sed ad laudes diuinas deuotius dicendas et canendas. Vnde

De sacramento.

consuta fit in modū corone: q̄ reges sunt scilicet se et alios regentes et in deum regnum habent et deo seruire regnare est ad cuius seruitium sunt deputati. Similiter fit in racione capilloꝝ ad designandum renunciationem superfluoꝝ terreneꝝ: quia deum clericus hereditatis siue partem constituit et se heredem dei facit sic etiā in superiori parte capitis fit ad designandum q̄ semper debemus habere oculos mētis ad deum eleuatos. ¶ **P.** Nunquid episcopatus est ordo. ¶ **S.** Scias q̄ dupliciter ordo dicitur. Uno modo secundum respectum ad corpus christi verum scilicet ad consecrationem hostiæ et sic ordo est sacramentum proprie: et isto modo episcopatus non est ordo: quia episcopus non habet superiorem potestatem nec maiorem sacerdote q̄tum ad consecrationem corporis christi. Alio modo sumitur ordo secūdu q̄ est quoddā officiu respectu quarūdā actionum sacramentozum et sic cum episcopus habeat potestatem respectu corporis christi mystici quod est ecclesia in actibz ad sacramentozum principatum pertinentibus: sic illo modo episcopatus est ordo cōmuniter: nec est sacramentum sed sacramentale. Unde episcopatus ab ordine sacerdotis dependet: et episcopalis potestas presupponit ordinem sacerdotalem: quia nullus potest episcopalem potestatem recipere nisi prius fuerit ordinatus in sacerdotem: quia potestas episcopalis non tantum est potestas iurisdictionis: sed etiam ordinis prout ordo isto modo dicitur. ¶ **P.** Nōne possunt alii sacerdotes ab ep̄s ordines cōferre. ¶ **S.** Collatio ordinū alicui potest cōuenire dupliciter: aut de iure communi ratione sue ordinariæ potestatis: et sic soli episcopi possūt quoscūq̄ ordines cōferre: quia ad eis solum pertinet instituere

ministratos in ecclesia. Unde peccant epi qui promouent scienter indignos. Alio modo collatio ordinum alicui conuenit ex indulgentia generali vel speciali: ratione commissionis ubi pape: et sic alii sacerdotes non epi possunt minores ordines conferre non tamen maiores. ¶ **P**. Numquid non baptisatus et non confirmatus potest sacros ordines recipere. ¶ **S**. De necessitate sacramentum ordinis presupponit sacramentum baptismi. Vnde si aliquis non baptisatus promoueretur ad sacerdotium sacerdos non esset nec hostias posset consecrare nec absoluere in foro penitentiali unde deberet secundum canones baptisari et iterato ordinari etiam si ante baptismum in episcopum promoueret episcopus non esset: et si aliquos ordinaret ordines non reciperent. Quantum vero ad sacramentum confirmationis scias quod de necessitate sacramentum ordinis non presupponit sacramentum confirmationis: nec de necessitate oportet quod ille qui suscipit sacros ordines sit confirmatus. Verumtamen de congruitate sacramentum ordinis presupponit sacramentum confirmationis: quia congruum est quod ille qui accedit ad sacros ordines suscipiendos habeat omnem illam perfectionem quam requirit ad fidei confirmationem: per quam fit aliquis idoneus ad executionem ordinis. hoc autem fit per sacramentum confirmationis. Et sic caracter sacramenti ordinis presupponit de congruitate caracterem sacramenti confirmationis et non de necessitate. Sed de necessitate presupponit caracterem sacramenti baptismi.

Petrus. Quot sunt que impediunt susceptionem ordinum. ¶ **S**. Quedam sunt que simpliciter impediunt susceptionem ordinum: et quedam solum impediunt executionem et non ordinis susceptionem. Primum quod impedit susceptionem ordinis est sexus femininus simpliciter quia mulier ordines suscipere non potest sed solus vir cum sit prima ymago dei: mulier autem

De sacramēto.

ymago vīri. vt dī. apo. i. ad cor. iiii. cap. Vñ et lz muli-
er vocet diaconissa ī abbatia hoc nō est rōne ordīs : lz
qz habet officium ad matutinas omēlias legēdi. Sūt
autem plura q̄ nō īpēdiūt susceptionē ordinis. sed ma-
gis exculationem. Quorū p̄mū est defectus cognitiōis
vel discretionis: vt sunt pueri et amētes q̄ vlti rōnis
carent. Vnde licet possint ordinem suscipere p̄riuant
tñ executionē qz ad executionē ordinis requir̄ discretiō
Vñ in q̄buldam ordinibus requiritur etas discretiō-
nis ex honestate cōgrua sicut in duobus p̄imis mino-
ribus ordinibus. Sed adulta etas requiritur in aliis
de necessitate p̄cepti in nullo tñ de necessitate sacra-
menti qz in sacramēto cōferē ptās q̄ pōt alicui cōpetē-
re q̄uis nō sit idoneus executioni. Vnde sciendum est
q̄ cum infātia cōpleta vsqz ad duodecim ānos possunt
duo p̄imi ordines minores suscipi. A duodecimo āno
vsqz ad vicesimum p̄mū possunt duo minores ordines
vltimi suscipi. A vicesimo p̄imo anno potest subdya-
conatus suscipi. A vicesimo quinto dyaconatus. A tri-
cesimo p̄sbyteratus. A tricelimo completo similiter
potest quis ep̄m eligi veruntamen p̄pter necessita-
tem et ydoneitatem persone potest ep̄s ordines ex di-
spensatione anticipari Etiam eadē die quattuor p̄mi
ordines tradūtur. Tempus hō episcopatus nō potest
nisi ex dispensatione dñi pape anticipari. Secūdo ser-
uitus impedit ordinē sacramenti q̄tū ad executionem
quia seruus non potest se altari mancipari sine licen-
tia dñi cuius est seruus et per ordinem homo mancipa-
tur diuino officio. Veruntamen si seruus ordinetur
characterem recipit et ordinem. Cum libertas non sit
de essentia ordinis sed executione caret. vnde si seruus
ordinetur dño sciente vel nō consentiente redigetur ī

pristinā seruitutem nō obstante q̄ sacrū ordinem re-
 perit. Tercio homicidiū impedit sacrum ordinem nō
 de necessitate sacramenti sed de ratione p̄cepti q̄ con-
 trariatur sacramēto eucharistie p̄pter horrorem effu-
 sionis sanguinis. Unde homicida et consulens homi-
 cidium fieri quocunq̄ modo fiat siue vt iudex vel vt
 alius irregularis efficitur: licet in iudicando non pec-
 cet. Verū tamen si homicida vel consentiēs homicidio
 susceperit ordinem / ordinis characterē suscipit: sed exe-
 cutione caret. Si vero quis interficit hominē casuali-
 ter dans operā rei licite et adhibens diligentiam oēm
 nec homicida iudicatur nec irregularis efficitur: nec
 prohibetur a susceptione ordinis. Ille tñ qui casuali-
 ter occidit hoīem licet operam dederit rei licite / si dili-
 gentiam debitā non adhibuerit siue se defendens siue
 alio modo irregularis efficitur et prohibetur a susce-
 ptione ordinum. Quarto impedit susceptionē ordinum
 illegitimitas: non de ratione sacramēti sed de necessi-
 tate p̄cepti ad quam requirit̄ claritas fame et origi-
 nis: q̄ viciatur ex viciosa origine. Verū tamen si acci-
 piat ordines illegitime natus characterem ordinis su-
 scipit sed executione caret: nisi fuerit cum eo dispensa-
 tum. Quia vero dictum est in sacramento ordinis p̄-
 pter honestatem requirit̄ claritas fame / et in quolibet
 ordine cōstituitur quis dux aliorum in rebus diuinis.
 Ideo de ratione p̄cepti et non de necessitate sacra-
 menti requiritur in ordinato bonitas vel vite scititas
 Unde si aliquis cum conscientia peccati mortalis ad
 ordines accedat tanq̄ p̄sumptuosus mortaliter pec-
 cat. Nec propter hoc requiritur q̄ ille qui ordinatur
 sit virgo: q̄ virginitas non requiritur in susceptione
 ordinis quia in susceptione ordinis non cōsecrat̄ quis

De sacramento

In sponsam ecclesie. sed magis in misterium sponsae ecclesie
scilicet christi. In velatione tamen virginum requiritur virginitas
quod per hoc designat vinculum spiritualis matrimonii ecclesie
ad christum quod christus elegit sibi ecclesiam non habentem maculam
aut rugam. et cetera. di. ap. ad ephes. vi. ca. Item. ii. ad
corinthios. vi. Respondi enim vos vni viro virginem castam
exhibere christo. Unde ei licet aliqua violata et corrupta
per violentiam a viro: quous non consenserit tamen non
velatur: quous non perdat quantum ad deum virginitatis
gloriam. De hac autem materia in scriptis require: quod ad
te non pertinet hec operatio sed solis episcopis. Quinto impe
dit ordinis susceptionem matrimonii non de necessitate
sacramenti. sed ut patet de ratione precepti quod si vir etiam
cum muliere matrimonio copulatus ordinem suscipiat
characterem suscipit sed caret ordinis executione. quod or
dini est annexa continentia. vir autem sui corporis potestatem
non habet sed mulier. ideo semper tenet reddere debitum
uxori. ipse tamen privatur iure suo petendi si propter consensum
uxoris ordinem sacrum suscipiat. Si vero vir ex consensu
mulieris ad ordines accedat et ordinem suscipiat et exe
cutionem ordinis. Mulier tamen tenetur perpetuam continen
tiam vouere et hoc tenet in ecclesia occidentali. Secundo est
tamen in ecclesia orientali apud grecos de quo plenus dicitur
inferius cum de matrimonio tractabitur capi. xxvii.
Sexto bigamia impedit ordinis susceptionem: quod per big
gamiam significatio christi et ecclesie que est vna vnius delect
Ad eo bigamus sacros ordines non potest suscipere. sed
est irregularis. Et hoc similiter de ratione precepti et non
de necessitate sacramenti. quod si accedat ad ordines ca
racterem suscipit: sed executione caret. Papa tamen ex
plenitudine potestatis potest cum bigamo dispensare. ¶ 10.
Quomodo contrahitur bigamia et quot modis. ¶ 11.

gamia contrahitur ex carnis diuisione ex vinculo ma-
 trimonii procedentis sicut cum quis ducit corruptam
 ab alio et eam cognoscit. Et inde est quod si aliquis cogno-
 scat plures mulieres fornicario concubitu. siue in ma-
 trimonio siue extra matrimonium non efficitur irregularis.
 Similiter si ducat in uxorem quam prius cognoue-
 rat dum tamen ab alio non cognita fuerit non efficitur
 irregularis similiter si cognita fuerit ab alio et eam co-
 gnoscat concubitu fornicario. dum eam in uxorem non du-
 xerit non efficitur irregularis. si tamen corruptam duxerit et
 eam cognouerit bigamus efficitur et irregularis. Et con-
 trahitur bigamia sex modis. Uno modo quando habet
 plures uxores legitimas et carnaliter eas cognouerit
 si tamen eas duxerit in uxores in diuersis partibus et
 una decedat antequam cognouerit eam nec propter hoc effi-
 citur irregularis. Similiter si religionem ingrediatur
 antequam secundam cognouerit. ¶ Secundus est quando di-
 uersis temporibus habet plures uxores. unam de iure
 aliam de facto et ambas cognoscit carnaliter. ¶ Ter-
 tius quam etiam similiter habet plures uxores. unam de
 iure aliam de facto et ambas cognoscit. ¶ Quartus
 quando viduam cognitam a priori viro duxit iterum et co-
 gnoscit. ¶ Quintus quando duxit in uxorem corrup-
 ptam ab alio prius et eam cognoscit. ¶ Sextus
 quando propriam uxorem cognoscit postquam adultera-
 ta fuerit cum alio. Septimo vicium membri et de-
 fectus impedit susceptionem ordinis ut prius: non
 ex necessitate sacramenti sed ratione precepti. etiam
 si talis defectus sit qui maculam notabilem inferat
 per quam persone claritas et fama obscuretur ut
 abscissio manus nasi et huiusmodi. hoc tamen sci-
 as: quia si accedat characterem recipit sed executione

De sacramento.

caret. Octauo recipere ordines furtiue vel plures in
vna die priuat ab executione licet recipiat ordinē vn-
de eorū pena est depositio. et si prius fuerit lata excom-
municatio super hoc: solus papa dispensat. Si vero
non fuerit lata sententia. potest ep̄s dispēlare: et maxi-
me in minoribus ordinibus. vel si claustrū intrauerit
Si vero quis pmoueat per saltū ad ordines sicut
accipiendo sacerdotiū anteq̄ sit dyaconus vel diaco-
natus anteq̄ sit subdiaconus. si hoc ex malicia fecerit
deponi debet: q̄uis characterē susceperit Si tamē igno-
ranter hoc fecerit debet sibi imponi penitentia ab epi-
scopo: et interim caret executione ordinis quem per
saltū accepit quousq̄ ordinem p̄termissū recipiat.
Nono illi qui ab hereticis episcopis promouentur aut
